



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

38. Ordinarius coram quo res fuit ducta, poteritne cognoscere circa
interesse inter emptorem & exemptum venditorem cui lis fuerat
denuntiata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

verb. solutio numer. 1. & seq. Faber. §. fin. institut. de satisfact. & doct. Castrenf. d. l. i. 22
quem vide.

Quod autem supra dictum est, in priori interventionis specie declinatoriam obii-
non posse, fallit, si ea obijciatur ex persona rei conventi, tertius enim pro jure & in-
teresse suo ad defensionem causae comparens, potest etiam post litem contestatam
declinatoriam obijcere ex persona conventi, quam conventus vel noluit propone-
re, vel neglexit, Innoc. cap. Capitulum sanctae Crucis numer. 5. de rescript. Rom. sing. 630.
ubi Apost. Rom. Conf. 347. Gasll. lib. 1. obser. 7. num. 3.

Deinde, quod curialis habens interesse ad causam, appellans à sententia in parti-
bus, causam ad curiam trahere possit, tradit Joannes Baptista Marchesanus De
commissionibus parte secunda, cap. 6. num. 65. Quid autem in fidejussore scholaris, an
is gaudeat privilegio scholaris pro quo fidejussit, consule Wamelium laudatissi-
mæ eruditionis virum, meum quondam in Academia Lovaniensi Doctorem con-
sili. 357. num. 3. tom. 2. qui respondit non gaudere: imo ne quidem scholarem posse
suo privilegio causam ipsius fidejussoris institutam avertere seu divertere à com-
petente iudice fidejussoris ad suum iudicem: quibus potè rationibus apud illum
videto.

QUESTIO XXXVIII.

Ordinarius coram quo res fuit evicta, poteritne cognoscere circa interesse
in emptorem & exemptum venditorem, cui lis
fuerat denunciata?

Videatur quod sic: quia interesse illud venit in consequentiam primæ litis
arg. l. cum vendente ubi Castrenf. C. ubi causa fiscales.
Contrarium tamen non habetur receptum est. Siquidem id non procedit in Clerico
venditore, cujus respectu non habetur ratio dictæ sequelæ seu consequentiæ talis litis,
lex enim erubescit ex hac sequela eum iudicem facere, quem Clericus seu alius quis-
piam Exemptus non posset eligere. Cagnol. d. l. venditor Angel. l. qui absente de
procurat. Id quod in quibusvis aliis qui fori privilegio renuntiare non pos-
sunt, receptum est, Castrenf. l. i. C. ubi in rem actio. Caballin. de Evict.
§. 3. quest. 4. nu. 130. eo enim in casu iudex causæ præparantis non
potest esse iudex causæ præparatæ, dixi supra lib. 1. quest. 26.
numer. 27. & lib. 2. qu. 4. num. 10.

laic Cachet.

Dec. 78.

Co 1.

QVE-